

## GENETIVUS I ABLATIVUS QUALITATIS

**GENETIVUS QUALITATIS** (własności dotyczące liczby, wagi, wartości, rodzaju, gatunku)

- (przydawka) vir magni ingenii, res magni laboris, puer novem annorum, saxa magni ponderis, homines ordinis senatorii; np. Nervii erant homines feri magnaeque virtutis.
- (orzecznik) Non sum tantae scientiae, quantae videor. (SEN.)

**ABLATIVUS QUALITATIS**

- (przydawka) Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque praeruptis (CAES.)
- (orzecznik) Mercatores ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse praedicabant. (CAES.)
- (właściwości fizyczne) Agesialaus et statura fuit humili et corpore exiguo et claudus altero pede. (NEP.)

cf.

Neque monere te audeo, praestanti prudentia virum, nec confirmare, maximi animi hominem unumque fortissimum, consolari vero nullo modo. (CIC.)

## GENETIVUS I ABLATIVUS CRIMINIS

**GENETIVUS CRIMINIS** – zbrodnia lub wino występują w gen. po czasownikach:

- *accuso* 1; *insimulo* 1; *arcesso* 3 *arcessivi*, *arcessitum*; *reum facio* 3 *feci*, *factum* – oskarżam;
- *coarguo* 3 *coargui*, *coargutum*; *convinco* 3 *convici*, *convictum* – przekonuję
- *damno* 1; *condemno* 1 – skazuję na coś
- *absolvo* 3 *absolvi*, *absolutum*; *libero* 1 – obdarzam wolnością

wyrażenia:

*proditionis accusare* – oskarżyć o zdradę

*criminis absolvere* – uwolnić od oskarżenia

*caedis damnare* – skazać za morderstwo

*capitis absolvere* – uwolnić od kary śmierci

**ale:** *postulare alqm de repetundis* – pozwać o zdzierstwa; *accusare alqm de vi* – oskarżyć o gwałt

**ABLATIVUS CRIMINIS** – kara, na którą ktoś został skazany, stoi zwykle w abl, po czasownikach:

- *damno* 1, *condemno* 1, *multo* 1 – skazuję na coś (*morte*, *capite*, *exsilio*, *pecunia*, *vinculis*)

wyrażenia:

*capite* (lub *capitis*) *damnare* – skazać na karę śmierci

cf.

Miltiades accusatus est proditionis, quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. itaque cum ipse pro se dicere non posset, verba fecit frater eius Stesagoras. Causa cognita capitis absolutus pecunia multatus est.

## GENETIVUS I ABLATIVUS PRETII

**GENETIVUS PRETII** wyraża cenę ogólną po czasownikach:

- *aestimo 1, puto 1, facio 3 feci factum, habeo 2 habui habitum, duco 3 duxi ductum, pendo 3 pependi pensum* – szacować, cenić;
- *sum esse fui, fio fieri factus sum* oraz pass. od *habeo* i *puto*.

|               |   |               |   |                        |
|---------------|---|---------------|---|------------------------|
| <i>magni</i>  | ⇒ | <i>pluris</i> | ⇒ | <i>plurimi, maximi</i> |
| wiele, wysoko |   | więcej, wyżej |   | najwięcej, najwyżej    |

|              |   |                |   |                    |
|--------------|---|----------------|---|--------------------|
| <i>parvi</i> | ⇒ | <i>minoris</i> | ⇒ | <i>minimi</i>      |
| mało, nisko  |   | mniej, niżej   |   | najmniej, najniżej |

*permagni* – bardzo wysoko, *quanti–tanti* – ile–tyle, *nihili* – za nic

**cf.** Nulla vis auri et argenti pluris quam virtus aestimanda. Auctoritas senatus magni habetur. Dominus servos tanti emit, quanti voluit.

**ABLATIVUS PRETII** wyraża cenę dokładnie określoną po czasownikach:

- *emo 3 emi emptum, redimo 3 redemi redemptum* – kupować;
- *vendo 3 vendidi venditum* – sprzedawać;
- *veneo 4 venii* – iść na sprzedaż, być sprzedawanym;
- *sto 1 steti statum, consto 1 constiti constaturus, sum esse fui* – kosztować, mieć wartość;
- *loco 1* – wynajmować coś komuś;
- *conduco 3 conduxi conductum* – wynajmować coś od kogoś.

**cf.** Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. Gorgias et sophistae magna mercede docebant. Multo sanguine ac vulneribus Poenis victoria stetit.

W **abl. pretii** można wyrazić także cenę ogólną, nie używa się jednak stopnia wyższego:

|                         |   |   |
|-------------------------|---|---|
| <i>magno</i>            | ⇒ | <i>plurimo</i>                                  |
| wiele, wysoko,<br>drogo |   | najwięcej, najwyżej, najdrożej, bardzo<br>drogo |

|                    |   |                                       |
|--------------------|---|---------------------------------------|
| <i>parvo</i>       | ⇒ | <i>minimo</i>                         |
| mało, nisko, tanio |   | mniej, niżej, najtaniej, bardzo tanio |

*permagno* – bardzo wysoko, bardzo drogo, *nihilo* – za nic

**cf.** Parvo gloria constat. Permagno hanc domum vendidisti.

**N.B.** Cenę ogólną wyrażają także przysłówki: *care* (drogo), *carissime* (bardzo drogo), *bene* (tanio), *optime* (bardzo tanio), *male* (drogo), *gratis* – darmo.

### Frazeologia:

*nauci* (lub *nauco*) *aliquid* (lub *aliquem*) *habere, ducere, putare* – mieć coś (kogoś) za nic (*naucum, i* – rzecz bez wartości)

*flocci aliquid* (lub *aliquem*) *facere, pendere* – uważać coś (kogoś) za pozbawione znaczenia

*pro nihilo esse* = *nihili esse* – za nic uchodzić

*pro nihilo putare* = *nihili putare* – mieć za nic

*est tanti* + inf. – opłaci się

**cf.** 'deficient inopem venae te, ni cibus atque  
ingens accedit stomacho futura ruenti.  
tu cessas? agedum sume hoc tisanarium oryzae.'  
'quanti emptae?' 'parvo.' 'quanti ergo?' 'octussibus.' 'eheu,  
quid refert, morbo an furtis pereamque rapinis?' (HOR.)

## ĆWICZENIA

- 1) Quanti quisque se ipse facit, tanti fit ab amicis. (CIC.)
- 2) Omnes autem et dicuntur et habentur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quae libertate usa est. (NEP.)
- 3) Themistocles cum propter multas eius virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Perse ad Graeciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens prodicionis damnatus est. (NEP.)
- 4) Homines sua parvi pendere, aliena cupere solent. (SALL.)
- 5) Caelius conduxit in Palatio non magno domum. (CIC.)
- 6) Pausanias domum revocatus, accusatus capitis absolvitur, multatur tamen pecunia, quam ob causam ad classem remissus non est. (NEP.)
- 7) Herodotus tanta est eloquentia, ut me quidem, quantum ego Graece scripta intellegere possum, magno opere delectet. (CIC.)
- 8) Aduenit deinde maximi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque, productis classibus, pro salute alter, in ruinam alter terrarum orbis dimicauere. (VELL.)
- 9) Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi. (CIC.)
- 10) Non habeo nauci Marsum augurem. (CIC.)
- 11) Dedi operam, ut domino satisfacerem, cuius pluris erat unguis, quam tu totus es. (PETR.)
- 12) Emi virginem triginta minis. (PL.)
- 13) Magno ubique pretio virtus aestimatur. (VAL. MAX.)
- 14) Quamquam enim adeo excelebat Aristides abstinencia, ut unus post hominum memoriam, quem quidem nos audierimus, cognomine Iustus sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus testula illa exilio decem annorum multatus est. (NEP.)
- 15) Adest vir summa auctoritate et religione et fide, M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire, non audisse, sed vidisse, non interfuisse, sed egisse dicit. (CIC.)
- 16) Non ego te flocci facio. (PL.)
- 17) Indignantur milites Caesar, quod conspectum suum hostes ferre possent tantulo spatio interiecto, et signum proelii exposcentes edocet quanto detrimento et quot virorum fortium morte necesse sit constare victoriam. (CAES.)
- 18) [Iphicrates] Fuit autem et animo magno et corpore imperatoriaque forma, ut ipso aspectu cuius iniceret admirationem sui (...) (NEP. *Iph.* 3.2)
- 19) Tanti est quanti est fungus putidus. (PL.)
- 20) Non sum tantae scientiae, quantae videor.